









MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA LIPSIENSI  
CONSENSV

17359.

DISSERTATIONEM

DE

SOLIDORVM  
VALORE

PRAESIDE

DN. ABRAHAMO KAESTNERO,  
IVRIVM DOCTORE ET PRACTICO

IN


AVDITORIO ICTORVM PETRINO

DEFENDET

Christian Wilhelm Behrnauer

BVDISS. LVSAT.

AB HORA X. VSQVE XII.



Die XVI. Novembr. Anno clō lōcc xxxv.

L I P S I A E,  
LITERIS GABRIELIS TROGII.

7 534





MAGNIFICENTISSIMO  
IN ACADEMIA PISANA  
CONSISTU

DISSERTATIONEM

DE

SOLLIDORVM

VALORE

TRABIS

IN ABBATIA MONASTICA

PRIMUM DOCTORE ET THEOLOGO

AVDITORIO PISANO PRAESIDE

DISSENTU


SEPTIMA FEBRUARII 1774

AVDITUS PISANUS

AVDITUS PISANUS

DE XVII NOVEMBRE Anno 1774

AVDITUS PISANUS  
AVDITUS PISANUS







DISSERTATIO  
DE  
SOLIDORVM VALORE

§. I.



Olidorum in Iure Iustiniano fit mentio saepissime, vti patet ex §. 5. *l. de Autilian. tue.* §. 2. *de donat.* §. ultimo *de poen. temere litig.* *l. 2. C. de fals. monet.* et alibi passim; Haud raro autem Icti Romani loco *solidi*, vocem *aurei* adhibent, v. *l. vlt. de in ius vocand. l. 7. pr. de iurisd. l. 1. §. 12. de variis et extraord. cogn. l. 1. §. 2. de fugit. l. 42. de aedilit. edict. l. 3. de term. mot.* hinc quod in §. f. *l. de poen.*

*temere litig.* adpellatur *solidus*, in *l. pen. et vlt. de in ius vocand.* aureus nominatur; Et quod in §. 1. *l. de obl. quae quasi ex delict.* aureus dicitur, vocatur *solidus*, in *l. 5. §. 6. de bis qui effud. vel deiec. sicque promiscue hisce vtuntur vocabulis*, v. BRISSON. in *Lex. iurid. v. solidus.* Quam synonymiam omnino distinguendum esse statunt, vti ex GRONOV. *de pec. vet. Lib. IV. C. XIII.* adducit SCHILT. ad *π. Exerc. XX. §. 28.*

§. II.

Si paucjs vnde *solidi* nomen descendat, inquirere velimus, sciendum:



sciendum: Loco *Aeris*, *Romani* argentea pecunia vti coeperunt, et noluit ultra nisi *Argento* manus nobilior inquinari. Quo tempore vero hoc factum, ex historiarum monumentis certo vix demonstrari potest. Si *PLINIO* fides habenda, *Lib. XXXIII. Cap. 3. Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum Regem deuictum* vsus est. Vel, vti alii distinctius tradunt: *Argentum signatum est, anno Vrbis CCCC LXXXV. Q. Ogulino et C. Fabio Coss.* quinque annis, ante *primum bellum Punicum*. Vbi tamen iterum dissentit *VARRO*, qui apud *CARISIVM Lib. I. Institut.* Nummum argenteum conflatum primo a *SERVIO TVLLIO* tradit. Quicquid vero hic credas, hoc certum: Nummum *Argenteum* prius extitisse, et si iterum *PLINIO* credendum, nummum *aureum* anno demum *XII. post argenteum* introitisse. Hic nummus ab initio simpliciter *Aureus*, vel etiam *Aureolus* adpellatus est; Subsequentibus vero temporibus *Aureus*, adpellari coepit *Solidus*, quamuis fero, & postquam in partes diuisus est. *Solidus* autem dictus fuit, vt placet *ISIDORO: quia nihil illi deesse videbatur. Solidum enim Antiqui integrum dicebant et totum. v. Ericii PVTEANI pecuniae Romanae ratio, Cap. 3. et 4. quam refert Albert. Henric. de SALLENGRE, Thesaur. Antiquit. Roman. Tom. III. p. 1175. seq.* *Solidus* igitur dicitur non exinde, quasi sit ex auro solido et puro, sed quia nummus erat integer, ad differentiam *semissum* et *tremissum*, qui valebant dimidiam et tertiam *solidi* seu *aurei* partem. v. *VINNIUS ad §. 2. 1. de donat.* et exinde etiam integer vocatus est. v. *BACHOV. ad Treutl. Vol. II. d. 19. th. 16. Lit. C.*

§. III.

Visa sic *solidi* origine, de illius quantitate *Iure Iustiniano* dispiciendum. *Aureus scil. antiquus centenos nummos seu festerios* valuit. Ostendit id *TRANQVILLVS* in *Othone*, qui *Othonen* tradit excubanti cohorti diuidere solitum, quoties coena Principem acciperet, *viritim vnum aureum*; Quod describens *TACITVS Lib. XVII. de Othone*, centenos festerios dedisse *Othonem* attestatur. Pretium *aurei* igitur *viginti quinque denariis* aestima-



aestimatum est. Hinc DIO CASSIVS *Lib. LV.* χρυσὸν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ τὸ νόμισμα τὸ τὰς πέντε καὶ ἑκοσι δραχμῶν δυνάμενον κατὰ τὸ ἐπιχώριον ὀνομάζω: Aureum enim et ego nummum illum, qui valet Drachmas XXV. pro communi more adpello. Notatu dignus etiam hanc in rem est locus DIDYMI apud Priscianum: Τὰ δὲ χεῖλια σηξέβια ποιεῖ διακοσία πεντήκοντα δινάρια Ἀργύρια, δέκα δὲ χρυσᾶ: i. e. Mille sestertii faciunt CCL. Denarios Argenteos, X. vero Aureos. E quibus sic inferre licet, Decem Aurei faciunt mille sestertios: ergo aureus vnus sestertios centum. Item: Decem aurei faciunt ducentos quinquaginta denarios; ergo Aureus vnus denarios viginti quinque. conf. SALLENGRE c. l. c. 4. in f.

§. IV.

Obiiciunt quidem dictis §. 3. *I. de successione libert.* ad quem tamen responderi potest: Duae voces ibidem positas Centum et Mille inter se commutandas esse. i. e. alteram in alterius locum succedere; v. CALVIN. *Lex. iurid.* voce: Aureus; vel dicendum cum ALCIATO *Lib. I. l. disunct. C. IX.* sensum dicti §. hunc esse, vt cum tempore quo lata est lex Papia, ditiores essent liberti, quam sub Iustiniano, vt ipse demonstrat: Quod lex Papia disponebat in eo, qui mille sestertios possidebat, ipse disposuit in eo, qui suo tempore possidebat vnum aureum; Nec enim diuitiae Romanorum sub Iustiniano comparandae fuerunt aetati illi aureae, quae Augusti tempore erat. conf. *Id. in Opusculo: De ponderibus & Mensuris;* Item CALVIN. *Lex. iurid.* voce: Solidus. *Add. de BERGER. de Vsu Act. poenal. id. 15.*

§. V.

Haec de solidi aestimatione iure Iustiniano; plura penes citatos Autores euolui possunt. Videndum vero, quod in specie nobis proposuimus, quid apud Saxones per solidum intelligatur? Saepe autem hoc iure solidus occurrit. Ex multis locis, quosdam saltem textus, exempli causa adducam. Sic *Lib. II. art. 13. lus Prouinc.* disponit: Den Dieb soll man hengen. Geschlebet aber in einem Dorffe bey Tage eine Deube, die weniger denn drey Schillinge (minus trium solidorum) werth ist, die mag der Bauer Meister




Meister wohl desselbigen Tages zu Haut und Haare richten, oder mit drey Schillingen lösen lassen, so bleibet jener ehelos und rechtlos. *Et Lib. II. art. 28.* Wann einer Holz hauet, oder Gras abschneidet, oder in eines andern Mannes Wasser, wider Woge fischet, so ist seine Strafe drey Schillinge, und ersetzt den Schaden. Fischet er aber in gegrabenen Teichen &c. oder gräbet er Steine aus, die zu Mark-Steinen gesetzt sind, so muß er dreyßig Schillinge geben. *Sic pronunc. Scabini Lips. referente COLERO P. I. Dec. 148. n. 3.* Man soll solche Fisch-Diebe, so aus Haltern stehlen, höher nicht denn nun dreyßig Schillinge straffen, und sie zu Bezahlung anhalten. *Et Lib. III. art. 64. ibi:* sechs Schilling wettet man dem Grafen und dem Weigte &c. *Et* teglichen Marggrafen dreyßig Schilling &c. *et mox:* Dem Schultheissen wetten seine Bauer-Gulden acht Schilling. Dem belehnten Weigte, so des Königs Bann nicht hat, wettet man zum höchsten drey Schillinge, dem Gaugrafen sechs Pfennige, oder einen Schilling &c. *Et Weichbild Art. 46. ibi:* Des Burggrafen Gewett ist drey Pfund, und des Schultheissen drey Schilling &c. *Sic vltimus Iure Saxónico multa suprema, das höchste Gewette, per sexaginta solidos exprimitur. v. COLER. c. l. Dec. 146. n. 2. conf. ZOBEL. P. I. different. 30. n. 8.*

§. VI.

Solidus autem de Iure Saxónico regulariter et vbique accipitur pro duodecim nummis antiquis, vel pro sedecim nouis hodiernis, quorum duodecim grossum argenteum, et viginti et vnus argentei, florenum communem constituunt. Vnde facta computatione, 30. solidi faciunt quantitatem 40. grossorum argenteorum, *i. e.* duos vicanos, zwey alte Schock, et 60. solidi, 4. vicanos æquiparant, hoc est, 80. grossos. *Libra vero vna efficit 20. solidos, vt patet ex Glossa Weichbild, Art. 47. verbis: Des Burggrafen &c. qui 20. solidi efficiant, 26. argenteos et 8. denarios nouos. v. CARPZ. Qu. 34. n. 35. SCHNEIDEW. ad §. 8. l. de Act. n. 7. ZOBEL. c. l. COLER. P. I. Dec. 161. n. 69. seq. et Dec. 144. n. 13. seq. vbi ZOBELIO dissentienti responder. conf. de BERGER. Elect. Iurispr. Crim. C. I. §. X. p. m. 25. seq.*

§. VII.





§. VII.

Pater ex §. praecedente quantum solidus distet in Iure Saxo-  
nico ab illo, quo de antea actum, et quem ulterius etiam apud  
Saxones *partim* in furti, *partim* vero in donationis materia, quia  
in hisce duobus casibus saepissime apud ICtos *solidi* siue *aurei* sic  
mentio, paucis considerabimus.

§. VIII.

Quoad furti poenam Constitutio Carolina *Art. 160.* sic  
disponit: So aber der erste Diebstahl groß und fünfß Gulden oder  
drüber werth wäre ic. quid vero per solidos s. aureos hoc loco in-  
telligatur, praerimis in Saxonia, breuissimis videbimus; *scil.*  
*Aurei* adpellatio in Constitutionibus Imperii, non Ducatos seu  
Hungaricos aureos, sed aureos Rhenenses, seu florenos auro  
constantes, *Gold-Gulden*, exprimit, quorum *octo* et *sexaginta*  
ex marca puri auri fabricari possunt. v. GAIL. *II. Obs.* 39.  
MOLLER. *I. Semestr.* 39. SIXTIN. *de Regal. Lib. II. C. 8.*  
Floreni autem ab auro Florentinae Reipublicae dicti sunt. In  
sanctione vero hac Carolina, furibus poenam paribuli dictante,  
*aureum* seu *solidum* non de vulgari floreno, sed de auro Hun-  
garico, seu Ducato, (qui nomen a verbis monetae Venetae im-  
pressis: *Sit tibi, Chryste, datus, quem tu regis,* iste Ducatus  
accepit,) computari iubet *Constit. Elect.* 32. §. 1. P. 4. ibi: über  
fünfß der besten Ungarischen Gulden werth. Et s. ferret, ibi: Un-  
ter fünfß Ungarischen Gulden. porro, §. Wann denn. ibi: und wo  
ihre viel. in verb. über den Werth der besten fünfß Ungarischen Gül-  
den. v. de BERGER. *Oecon. iur.* p. 779. not. 10. MENCKE  
*Theor. et Pr. Pand.* p. 1450. §. 7. CARPZ. *Qu.* 79. n. 24. seq.  
ECKOLT. *ad n. tit. de donat.* §. 10.

§. IX.

Obiiciunt quidam *II. f. 27. §. Si quis quinque solidos,* 8. vbi  
fur paribulo necandus, qui 5. solidos furto abstulit; Sed respon-  
detur, per *solidos c. l. non aureos*, sed tantum grossos Misnicos  
intelligi, id quod adparet ex §. praeced. *Si quis rusticus.* 5. vbi  
gladius



gladius rustici aestimatus 20. *solidis*. De rustico autem vix credendum, quod gladium 20. *aureis* florenis emtum gestarit. Quam ob rem non male per *solidos d. l.* intelligit *asses*, seu *grossos Misnicos*, BORCHOLT. *de pact. c. 2. n. 14.*

§. X.

Cum vero in *solidi* aestimatione circa furtum collegia iuridica aliquando variarent, et, qualis summa, per verba: fünf der besten Ungarischen Gold-Gülden, proprie intelligenda sit, haecarent, res demum in *Mandato Regio, de An. 1719. die 27. Iulii*, sic decisa: Wir wollen auch nicht weniger die gemeinen Haus-Diebe, wenn sie so viel, als das in unserer 32. *Constitution Part. IV.* gesetzte Quantum beträgt, welches wir hiermit, um gleichfalls allen Scrupel mit Ausrechnung des Werths derer besten Ungarischen Gülden zu vermeiden, auf zwölf Thaler, zwölf Groschen *current* determiniret.

§. XI.

Haec de *solido* circa poenam furti. Circa donationem autem inter vivos tralatitii est iuris, eam si quingentos *solidos* excedat, iudicialiter fieri debere, v. §. 2. *l. de donat. l. pen. §. ult. C. eod.* paucis casibus exceptis. Cum vero *aurei*, teste GAIL. *Lib. II. O. 39. n. 3.* in singulis propemodum provinciis variant, diligenter in eorum valorem inquirendum, vt propterea aliquando donatio extraiudicialis vltra septingentos, imo, pro consuetudine locorum, vltra duo millia aureorum monetae currentis, valere possit, adducente GAIL. *c. l.*

§. XII.

In Electoratu nostro diu retenta fuit in pronunciando SCHILTERI *Exerc. 43. §. 11.* computatio, ita vt *solidus* 20. denariis, siue 2. *thal.* et 12. *gross.* aestimatus sit, et per consequentiam 500. *solidi* summam 1250. *thaler.* efficerent, conf. CARPZ. *P. II. c. 12. def. 12.* Quia vero, vti modo adduximus, in *solidorum* aestimatione ad consuetudines locorum sedulo respiciendum,  
et



et huc vsque in Electoratu *solidus*, seu Ducatus Hungaricus, diu pro 2 *thal.* et 18. *gross.* expendi potuit, hinc non dubitarunt *Dni. Scabini Lips.* tanti etiam aestimare solidum; Sic autem in I. C. R. Credit. Wesen, *Mense Octobr.* 1731. pronunciarunt, D. W. 4. C. 3133. *thl.* 8. *gr.* als ein Sechs Theil, von dem in der Verschreibung *sub num. 2. fol. 49.* enthaltenen *Capital* an 18300. *thal.* und 22. *thal.* 4. *gr.* gleichmäßiges Antheil, von denen in dem *Documento sub num. 3. fol. 50. b. seq.* gemeldeten 38255. *thal.* welche in Ansehung, daß solche aus einer von dem *Debitore*, seiner Mutter und deren Erben, am 16. *Martii* 1726. gethanen und gerichtlich nicht vollzogenen Schenkung herrühren, höher nicht, als NB. auf 1375. *thal.* zu passiren ist ic.

§. XIII.

Multa adhuc alia, quae de *solidi* aestimatione adduci debebant, ob temporis penuriam atque chartae angustiam iam praetereo, et forsitan alii reseruo occasione.

COROLLARIA.

I.


Donatio, quae excedit 500. *solidos* iudicialiter fieri debet. Quaeritur autem si talis donatio iuramento sit confirmata, an egeat insinuatione? Nobis adfirmatiua placet, quam tuetur CARPZ. *P. II. C. 12 d. 14.* dissentit LAVTERB. *in Compend. p. 557.* et quem adlegat GAILIVS *Lib. II. obs. 39.*

II.

An insinuationi iudiciali partes renunciare possint? aliquando controuertitur. Nos negamus *a. l. 38. ff. de pact. cum CARPZ c. l. et BECHM. in Comment. ad π. tit. de donat. obseru. Pract. 3. p. m. 345,* multi autem hic dissentiant.

III. Vtrum





### III.

Vtrum aliquis alteri omnia sua bona donare possit? non vna est *Dd.* opinio. Nobis affirmatiua verior videtur, quia is qui donat, de suo disponit, nec vlla lex impedit. *v. l. 9 §. 1. ff. l. 3. C. de donat.* De praxi nostrae sententias testatur FABER in *C. de donat.* Et quamuis CARPZ. *L. V. Resp. 65.* pro negatiua respondeat, ipse tamen *P. II. C. 12. def. 26.* affirmatiuam de iure veriorrem statuit.

### IV.


De donatione ecclesiae facta, quae excedit 500. solidos, controuersum esse memini. an egeat insinuatione? negant quidam, ob fauorem piarum causarum. Nos, quatenus haec donatio summam definitam excedit, inuolidam esse putamus, vti etiam pronunciarunt *ICri Irenenses* apud BECHM. *c. l. Obs. Pr. 5.*

### V.

Insinuatio donationis coram quocunque iudice fieri potest, est enim actus voluntariae iurisdictionis, quam ob causam etiam in suo iudicio recte insinuat, *v. CARPZ. P. II. C. 12. d. 16.* Cum vero aliqua causae cognitione opus sit, forsan consultius esset, si tantum coram iudice competente fieret. *v. STRYK. ad Laut. tit. de donat. v. pro tribunal.*

### VI.

Insinuatio donationis recte expeditur coram iudice, qui saltem inferiorem habet iurisdictionem, licet alii eo in loco merum imperium competat. *v. BECHM. c. l. Obs. Pr. 27.*













Leipzig, Diss., 1735 A-Q

ULB Halle

3

004 758 757



Sb.

f

1098











MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA LIPSIENSI  
CONSENSV

17359.

DISSERTATIONEM

DE

**SOLIDORVM  
VALORE**

PRAESIDE

DN. ABRAHAMO KAESTNERO,  
IVRIVM DOCTORE ET PRACTICO

IN

AVDITORIO ICTORVM PETRINO

DEFENDET

Christian Wilhelm Behnauer,

BVDISS. LVSAT.

AB HORA X. VSQVE XII.



Die XVI. Novembr. Anno clō lccc xxxv.

L I P S I A E,  
LITERIS GABRIELIS TROGII.

